



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 113. Melanchton ab Electore Mauritio doctrinæ articulos conficere  
jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

**Sæc XVI.** sibi adornandum curabat : unde eodem  
A.C. 1551. ferme tempore plures etiam Germaniæ  
 Episcopi ad Synodum confluebant. Ce-  
 terum Moguntinus Elector vocabatur  
 Sebastianus de Hausenstein, Treviren-  
 sis vero Joannes de Eyseburg. Porro  
 Carolus Imperator tres ad Synodum Le-  
 gatos decernebat, qui erant Hugo Co-  
 mes Montefortius nomine Imperii, Gui-  
 lielmus a Pictavia Belgicarum Provin-  
 ciarum Legatus, ac denique Franci-  
 cus Toletanus nomine Cæsaris. Adve-  
 nerant quoque plures Oratores a Ferdi-  
 nando Rege alegati.

### §. CXIII.

*Melanchton ab Electore Mauritio do-  
 ctrinæ articulos confidere jussus.*

**Sleid. comm.** Interea Mauritius S. R. I. Elector se  
*l. 22. p. 813.* Cæsaris jussis speciali quadam ratio-  
*Thu. l. 8. n. 4.* ne morem gerere ratus Melanchtoni,  
 aliisque Protestantium Theologis nego-  
 tium dabat, ut doctrinæ in Synodo pub-  
 lice exhibendæ capita conscriberent.  
 Hoc labore confecto omnes Theologi,  
 ac Praecones jussu Mauriti Principis  
 ad octavam diem Junii Lipsiæ convene-  
 rant, scriptumque ab eis examinatum  
 unanimi suffragio comprobarunt. Ean-  
 dem quoque rationem inibat Christo-  
 phorus Wittembergæ Dux, hancque  
 Pro-

Provinciam committebat Brentio, qui Sæcul. XVI.  
ferme ejusdem conditionis cum Me- A.C. 1551.  
lanchtone libellum conscriperat. Ni-  
hilominus suam quisque fidei professio-  
nem separatim exhiberi gestiebat; quip-  
pe Mauritius, qui hucusque latens hæ-  
resis suæ venenum occultabat, haud te-  
mere verebatur, ne ex eo, si omnes  
suæ factionis Doctores eandem commu-  
ni nomine doctrinam simul proponerent,  
Cæsaris Ministri facile suspicionem con-  
ciperent, quod quædam inter Prote-  
stantes Societas fuerit inita. Sub idem  
tempus Argentinenses quoque fidei con-  
fessionem ceteris haud multum absimi-  
lem divulgabant.

## §. CXIV.

Saxoniæ Elector, & Wittembergæ  
Dux de publica securitate sibi  
caveri postulantes.

**H**isce articulis ita confectis Saxoniæ *Sleid. p. 814.*  
Elector, ac Wittembergæ Dux jun. *Thuan. l. v.*  
to consilio die vigesima septima Julii  
literas ad Cæsarem dederunt hanc in  
sententiam: *Equidem Theologi nostri ad*  
*Synodum accedere parati sunt: verum au-*  
*divimus in Concilio Constantiensi decretum*  
*esse factum, ut in hæreticos aut alioqui su-*  
*spectos inquisitio fieret, si forte ad Conci-*

